1290. 25 Julii

Premisl II. dux Poloniae etc.

In nomine domini amen. Dum littera uiuit et actio commissa litteris cuius assertio nutrit memoriam et roborata suscipit incrementum Igitur Nos secundus Premizl Dei gratia Polonie et Cracouie
Dux notum facimus uniuersis tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis quod Jescho et Hysinboldus uenientes in nostra nostrorumque baronum presentia nobis super locatione Ci
uitatis de Magno Sale Incliti Principis fratris nostri karissimi H. Dei gratia quondam Ducis Wratislauie Cracouie et Sandomirie Priuilegium ostenderunt in hec uerba. Nos itaque Henricus Dei gratia
Dux Slesie Cracouie et Sandomirie Presentibus profitemur quod Jeschoni et Hysinboldo fratribus dedimus Ciuitatem nostram in Magno Sale Iure Francomico collocandam Dantes ipsis racione locationis
ibidem Quatuor Mansos magnos liberos pro pascuis pecorum preter fundum Ciuitatis omnia Macella carnium scampna panum et sutorum Stubas quoque balneares quotcunque pro ipsorum
utilitate poterunt edificare [illegible] rum de Judicio Et Sextam Curiam in ciuitate Carnificum etiam siue curiam in qua pecora mactabuntur Hec omnia cum suis posteris in perpetuum libere
possidebunt Adicientes ipsis [illegible] quicunque et cuiuscunque condicionis fuit siue status qui infra spacium medii Miliaris in circuitu distantis a dicta Ciuitate suas locare uoluit uillas Iure Theutho
nico quod dicti Jescho et Hysinboldus ius sue locationis in eisdem bonis debeant optinere Insuper damus eisdem Jeschoni et Hysinboldo ut nullus Macella Carnium Scampna panum uel Sutorum siue Stubas balne
ares edificare debeat Ciuitate in predicta absque predictorum Jeschonis et Hysinboldi uoluntate pariter et assensu Ut igitur ad dictam nostram Ciuitatem ardencius homines confluant ad manendum Damus et concedimus ibi con
morantibus ab omnibus solucionibus exactionibus et seruiciis a data presentium quinque annorum plenam et omnimodam libertatem Volentes nichilominus ut dicta Ciuitas Ciuitatisque incole ab omnibus angariis et perangariis Iuris Polonici in
delicet Anarar a Ponoz a Prewod a Podworowe a Stroza a Bopole a Boue a Uacca et a Castri edificatione uel quocunque nomine censeantur immunes permaneant in perpetuum et exempti Nos igitur statuta fratris nostri pio prosequentes affectu
et statum terre nostre in melius reformare cupientes Dictam donationem et locationem Jeschoni et Hysinboldo et eorum successoribus iure hereditario in perpetuum confirmamus Et ut predicti fratres scilicet Jescho et Hysinboldus etiam per nos aliqua
liter consolentur pensantes ipsorum seruicia gratuita et eorum predictorum circa predictam Ciuitatem in melius reformare cupientes addimus eis de gratia nostra ipsis et eorum posteris perpetuo omni septimana bancum salis de scrippa liberum siue uen
dendi seu etiam quotcunque libuerit deducendi Et hereditatem Gorech uulgariter nuncupatam prefate Ciuitati contiguam pro agricultura cum pratis et omnibus pertinenciis ipsis et ipsorum succedaneis sine omni exactione et seruicio conferimus in perpetu
um libere possidendam Ac etiam uolumus ut incole predicte Ciuitatis per agros et terram Cracouie et Sandomirie transeuntes ab omni exactione thelonei penitus sint exempti Insuper uolumus ut sectores salis et coctores predicti loci
coram Judicibus prefate respondeant Ciuitatis Ut autem nostra confirmatio pariter et donatio perpetuo inmobilis perseueret presentem paginam nostri sigilli munimine duximus confirmandam Presentibus hiis testibus
Comite Nycolao Palatino Cracouiensi Comite Wlostone Comite Zbogneo Uenatore Kalisiensi Comite Alberto aduocato Cracouiensi Gerasio Ciue Cracouiensi et aliis quam pluribus fide dignis
Datum Cracouie anno domini Mo CCo Nonagesimo per manus Gisleri Notarii Cracouiensis In die beati Jacobi apostoli

Ciuitatis fundatio
Scriptum iam est
habetur folio primo

N° 1mo. [illegible]

Ciuitatis [illegible]

[illegible]

1

1290

N° 9no

3.